

BIBLIOTHECA
RHETORUM
PARTIS PRIMAE
QUAE
Oratoriam Facultatem
complectitur,
TOMUS SECUNDUS,
IN QUO
ORATIONES

SACRAE & PANEgyRICAE.
AUCTORE P. GAB. FRANC. LEJAY,
E SOC. JESU.

Excusa Parisiis Anno M. DCC. XXV.
Recusa Monachii Anno M. DCC. XXVI,
SUPERIORUM PERMISSU.

Cum Gratia, & Privilegio Sac. Cæs. Maj.



INGOLSTADII,
Sumptibus Viduæ JO. ANDREAE
Bibliopolæ Academicæ




FACULTAS

R. P. PROVINCIALIS,

Cum Privilegio Cæsareo.

Ego Franciscus Xaverius Hallauer, Societatis JESU, per Superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, facta mihi potestate ab Admodum R. P. Nostro Michaële Angelo Tamburino, Societatis universæ Præposito Generali, Librum, cui Titulus: *Bibliotheca Rhetorum, præcepta & exempla complectens, quæ tam ad Oratoriam facultatem, quàm ad Poëticam pertinent, Auctore P. Gab. Franc. le Jay, è Societate JESU, à deputatis ejusdem Societatis Patribus lectum, probatùmque, Typis in lucem edi permitto per D. Joannem Andream de la Haye, Ingolstadtii Bibliopolam Academicum, unà cum Privilegio Cæsareo, quo Typographis & Bibliopolis omnibus prohibetur, ne vulgatos à Societatis JESU Patribus Libros abs-*




IN FESTO
SANCTORUM OMNIUM,
ORATIO PRIMA.

Sancti estote. Levit. 11. cap.

Quam luctuoso Sanctitatis fato fieri dicam, Auditores, ut, cum tam multis sacratum Literarum testimoniis gravissimum illius consecrandæ præceptum esse constet, tamen sic ab ea exercenda plerique mortalium refugiant, quasi vel in paucos lata lex vel etiam in nullos esse videretur? Quod enim genus hominum, ut vivitur, qui flexus ætatis, quæ vitæ conditio est, quibus suæ non sint, eademque, si singulos audias, causæ legitimæ, propter quas Sanctitatis jugum aut omnino detestare, aut certe magna ex parte declinare se posse existiment.

At quoniam neque hujus loci est, neque per ipsas temporis angustias licet, alios post alios aggredi, & quas quisque afferat adversus Sanctitatem præjudicatas opiniones, singulatim confutare; eos mihi limites præscribam, Adolescentes Christiani, ut, illis prætermittis, quæ ad cæteros hominum pertinent, quædam tantum prosequendæ Sanctitatis impediments, quæ circumferuntur passim à vobis, diligentius excutiam, & inania esse ac nulla planè aperteque demonstrarem. Est enim ad perniciem suam ingeniosus magis, quam dici queat, vestra hæc ætas in



UTRA UTRI PRÆSTET
 ELOQUENTIA,
 SACRA,
 AN FORENSIS.
 ORATIO X.

Vastum habuit semper & plenum magnâ rerum
 ubertate campum, in quo feliciter decurreret,
 Eloquentia, cum Sacra, tum Forensis, Illustrissimi
 Ecclesiæ Principes, Præsides Illustrissimi, Amplissimi
 Senatores, Viri omnium Ordinum Oratissimi. Ve-
 rum in vario dicendi genere utra utri præstet, aut
 majorem adeptâ laudem ac gloriam videri debeat;
 neque memini disputari usquam curiosius, neque
 rem controversam penitus atque ambiguam definiri.

Expectatis hic fortè, Auditores, ut ego, si minùs
 pro facultate ingenii mei, quod sensî semper quàm
 esset exiguum, saltem pro magno usu, & longâ il-
 lius artis, quam profitent, exercitatione hujus
 controversiæ judicem atque arbitrum me consti-
 tum. Neque hoc verò sitentare videar, quis-
 quam è vobis mihi non indulgeat, quem contri-
 tum per tot annos, defunctumque multis laboribus
 persentistis. Nam quis in hac umbratili palæstrâ
 sudavit tam diu vel assit? quis in ludicris ingenii
 doctrinæque certaminibus plura stipendia me-
 ruit? quis è Rhetorum Collegio exacta jam in
 hoc